Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



utquid tristis es anima mea. & ut quid conturbas me; Quaeritur p̃sona loquens;
Numquid caro anima eloquitur. cum caro sine anima ñ loquatur; Proprium enim
magis est ut anima carnem adloquatur. quam ut caro adloquatur ad animam;
sed quia pondix̃ quare tristis es caro. sed ait. quare tristis es anima mea. est enim
carnem adloquitur fortasse ñ dicere. quare tristis es sed quare doles; Dolorem
animae. tristitia dicitur; Molestia uero quae fit in corpore. dolor dici potest;
sed ex dolore corporis plerumq: anima tristatur inter se; si tamen quid dolet
& quid contristetur; Dolet enim caro. tristis est anima; Crapitulatio est.
ut quid tristis es anima mea; Non absolutis ergo anima carnem. quia ñ dixit
ut quid tristis es anima mea. Nec caro animã. quia absurdum ē. ut inferior
adloquatur superiorem; Ergo intelligimus habere nos aliquid ubi imago dī
est. mentem scilicet adquisitionem; Ipsa mens inuocabat lucem dī & uerita
tem dī; Ipsa est quae capimus iustum & iniustũ; Ipsa est quae discernimus uerum
a falso; Ipsa est quae uocatur intellectus quo intellectu carent bestiae; Quem
intellectum quisquis inseneglexit & postponit cæteris. Ita abiit quasi non habeat
audit ex psalmo; Nolite esse sicut equus & mulus in quibus non est intellectus; Intel
lectus ergo noster adloquitur animã nostrem; Ista in tribulationib: marcida est.
fessa in laboribus. contracta in temptationib:. Egra in laboribus. Erigit ea
mens de sup. capiens ueritatem & dicit. Ut quid tristis es anima mea & ut quid
conturbas me; Uide si non ē. ista adloquutio illo conflictu apostoli in sepe prefigu
rantis quosdam & fortenos & dicentis; Condelector legi dī secundum interiorem
hominem. Uideo autem aliaque legem in membris meis. id est motus quosdam
carnales & inquadam luctam & quasi desperatione inuocat gratiã dī; Miser ego
homo quis me liberauit de corpore mortis huius gratia dī per ihũm xpm dnm nrm;
Tales ita pugnantes & iam pedis in sepe prefigurare dignatus est cum ait; Tristis
est anima mea usq: ad mortem; Ille enim ñ nouerat ad quod uenerat ille
passionem p̃buerat quid xerat; Potestatem habeo ponendi animã meam.
& potestatem habeo iterum sumendi eam; Nemo tollit illã a me. sed ipse
ego pono eam a me & iterum sumo eam; Sed tristis est anima mea usq: ad mortem.
quid ix̃. quaedam ita membra sua in se figurauit; Plerumq: enim iam mens
bene credit. & bene nouit futurum hominem secundum fidem suã in gremio
abrahae. credidit hoc; & tamen cũ uenerit aliquis articulus mortis turbatur;
Ex familiaritate quadam saeculi huius erigit auditum. in illã uocem dī; audit
rationabile carmen intrinsecus; Ita enim de sup in silentio sonat quiddam. in
auribus sed mentis; Ut quicũq: audit illud melius tedio adficiatur ad strepitũ